

nerē autem ab eo quod vitis generat, non est omnibus, neque omnino iucundum.

Multa Chrysostomus variis locis de Annæ virtute atque constantiâ meditatur, quæ nos breviter suis queque locis attingemus. Primum Homil. 24 in Epist. ad Ephes. et Homil. 79 ad populum, ubi eadem penè verba repetit. Supponit autem omnes, qui ex Elecnae familiâ accubere mensæ, alios aliò peracto convivio fuisse dilapsos; alios ad somnum, ad nugas alios, alios ad alia animum oblectamenta; idque fortassè habuit in codice, quem tunc è Septuaginta translatione nactus est. Sic autem ille Homil. 24 ad Ephesios: « Surgebant, inquit, omnes de mensâ (inquit, nempe Scriptura), et illi confestim non ad somnum conversa est, non ad quietem. » Deinde cum agit de voto, liberalem illius, et ingenium animum agnoscit, et amplificat: « Si dederis, inquit, mihi Altum, dabo illum donum Domino omni et tempore. Non dixit, unum duntaxat, aut alterum annum, quemadmodum nos solemus; neque dixit: Si dederis mihi puerum, dabo pecunias; sed ipsum donum totum tributuum, primogenitum, et orationis filium. Ipsa erat Abrahamæ illa: ille postquam petitus erat, filium suum dedit; ista verò ante petitionem dedit (1.) »

VERS. 15. — LABIA ILLIUS MOVEBANTUR, ET VOX PENITENS NON AUDIEBATUR. Limphatici, aut ebrii est, aut ejus qui aliquid patitur à Pythone, et Fauno, corporis et oris maximè gesticulatione ac motu significare animi fanaticos, atque impotentes motus sine ullo vocis dearticu-

(1) Cum illa multiplicaret preces... ut Heli observaret os ejus. Heli animum advertit ad verba mulieris; sed murmur quidem, non verba audivit, nihil enim conceptis verbis illa edens, suspiria tantùm et tacita ex imo corde vota ad Deum dirigebat. Jesus Christus vitii arguere videtur preces proluxas Scribarum et Phariseorum: *Va vobis, Scribæ et Pharisei, orationes longas orantes; item et paganorum: Orantes nocte multum loqui, sicut ethnici; putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur.* Damnum his verbis videntur longius protraxisse sanctæ hujus femine preces. Hanc tamen longam Annæ orationem exprimebat animi fervor, vota que orantis formabat in ejus animo spiritus, qui intus in illa orabat, neque fundebat se in verba vanasque et inutiles commentationes; denique aliter precabatur, ac Pharisei et profani quos Christus reprehendit. Precabantur Pharisei ostentationis et sordidæ cupiditatis gratiâ; profani verò superstitione tantum, nullo spiritus ardore ducti, nec proluxas preces omnes aequè damnat Jesus, cum idem ipse longioris temporis moram orando protraxerit, egerit orando noctes, ac mandat ut jugiter et constanter oremus. (Calmet.)

lata, atque rationalis sono. Quare non sine aliquo fundamento conjectabat Heli aliquid Annam à vino pati, quam sic videbat intrinsecus agitari, ut acres motus et indecoros gestus cohibere non posset. Sed longè aliter de labiorum mote linguæque silentio judicabat Chrysostomus. Hom. 2 de Annâ: « Illa, inquit, potissima est deprecatio, cum ab intimis voces sursum feruntur; hoc præcipue mentis est exercitæ, non intensione vocis, sed animi fervore precatorem absolvere. Sic oravit et Moses; cui, cum nihil voce resonaret, Deus tamen: *Quid, inquit, clamas ad me?* Homines quidem externam hanc vocem tantum audiunt; at Deus et ante hanc intus inclamantes audit. Itaque fieri potest, et ut etiam qui non clamant audiuntur, ut per forum ambulans quis oret accuratissime, ut in consensu amicorum, aliorum quivis aliud agens vehementi clamore invocet Deum (1.) »

Libet huc adducere quoddam Iulianusmodi orationis nutu, quia intus in animo formatur, et admodum canore, quia ad cælum usque jucundè resonat, accommodatum symbolum. Quod habemus perbellum in cicadâ, quæ, ut tradit Plinius lib. 11, cap. 26, una ex omnibus animantibus os non habet, quare et peccatore canit, et eodem ex ecclesiæ reo haurit alimentum: « Unum hoc, inquit, ex his, quæ vivunt, sine ore est. Pro eo quidam aculeæ tum linguis simile, et hoc in pectore, quæ rorem lambunt. Pectus ipsum fistulosum, hoc canunt. » Præclara hæc effigies spiritalis oratoris, cujus clamor non tam est ab ore quam ab animo, eo maximè tempore, cum urit gravis aliquis æstus, sive doloris, sive desiderii, sive illorum motuum, quibus nescit, aut nequit mens durè fatigata resistere. Cantant autem cicadæ æstivo tempore, sub meridiem, quando torrentur agri æstu majori. Unde cicadæ cantus pro meridiano tempore, aut pro calore maximè fervente adhiberi solet. Sic sanè Virgilius Eclog. 2:

*At mecum rancis, tua dum vestigia lustro,
Sole sub ardentis resonant arbusta cicadis,*
Et lib. 5 Georg.:

*Inde ubi quarta sitim cæli collegerit hora,
Et cantu querulæ rumpent arbusta cicadæ.*

(1) S. Cyprianus (lib. de Oratione Domini): « Anna Ecclesiæ typum portans Dominum non clamosa petitione, sed tacitè et modestè intra ipsas pectoris latebras precatur. Loquebatur non voce, sed corde, quia sic Deum sciebat audire, » etc. (Corn. à Lap.)

Hæ verò et canendi studio, et calore meridiano, in ipsâ cantandi contentione aliquando rumpuntur. Habes in Testamento veteri duas cicadas, quæ cantant non tam ore vocali, quam pectore vehementer æstuanti; quibus si minùs cantandi contentio pertinax spiritum admittit, non tamen pro mystici illarum cantus pretio mori, ut opinor, recusarent; Moyssem videlicet, quem, cum illius vox non audiretur, loquentem tamen Deus audiebat. Ad quem Deus Exod. 14, v. 15: *Quid clamas ad me?* Et Annam hoc loco. Habemus cicadam aliam in Testamento novo, Paulum videlicet, quem Ecclesiæ organum et cicadam appellat Chrysostomus, Homiliâ de Turture. Quia licet tuba esset evangelica, et non minùs quàm Apostolorum quivis, vocem haberet canoram et assiduam, cicada tamen appellatur, quia vocem illam non tam formalat halius à pulmonibus per fauces emissus, quàm Spiritus ille divinus qui in ipsius visceribus habitabat. Quare vox illa expressa potius dici potuit ab animo quàm à lingua, et ut cicada, cum gravior est æstus, cantando rumpitur et perit, sic etiam Paulus, dum solitum meditatur canticum, vitam amisit, imò postquam extremum exhalavit spiritum, alio spiritu, quo sæpius loquebatur, ter ingeminavit dulcissimum et augustissimum Jesu nomen.

VERS. 14. — ÆSTIMAVIT ERGO EAM HELI TEMULENTIAM, DIXITQUE EI: USQUEQUÈ EBRIA ERIS (1)? Ex motu illo labiorum sine aliquo rationali

(1) Anne avait témoigné auparavant sa modération à l'égard de Phénenna; elle en témoignait maintenant une plus grande à l'égard d'Héli. Elle a souffert qu'une femme lui reprochât sa stérilité; elle souffre maintenant que le grand-prêtre l'accuse d'un dérèglement criminel, et qu'il fonde cette accusation si injurieuse sur une action sainte qu'il lui voyait faire. Cette femme si humble lui répond avec une admirable douceur; et elle nous donne, selon saint Grégoire, un excellent modèle de la manière avec laquelle nous devons nous défendre contre les reproches de ceux qui sont au dessus de nous. « Il peut arriver quelquefois, dit ce saint, que les pasteurs se préviennent contre des personnes très-vertueuses, et qu'ils les traitent avec beaucoup d'aigreur et de dureté. Et alors il faut que ces personnes tâchent de les apaiser en la manière la plus douce et la plus humble qu'il leur est possible. Car encore que les ministres de l'Eglise aient véritablement tort de s'élever ainsi contre ceux qui ne font rien que de très-jouable; néanmoins la déférence qui est due à leur dignité, demande toujours que nous nous tenions dans le respect, lors même que leur conduite envers nous est irrégulière et déraisonnable. » *Etsi se irrationabiliter contra rectè agentes erigunt, reverentia tamen super-*

sona, et oris mutatione multiplicet, aliquid à vino passam esse Annam existimabat Heli. Quare illam à crapulâ teneri suspicatus, graviter illum eo nomine reprehendit, et jubet (ut verisimile est, et meditatatur Chrysostomus Homiliâ de Fide Annæ) ut excedat ab eo tabernaculi loco, ubi consederat, et vinum quod immoderatè hauserat, edormiscat. Putat autem Philo lib. de Temulentia, non longè post medium, et Chrysostomus Hom. 2 de Fide Annæ, et Homil. 15 in Acta, non ab Heli exprobratam esse crapulam Annæ, sed illius nomine, atque mandato à servulo, quia fortassè Heli à pontificis judicis personâ alienum putabat cum temulentâ femina habere sermonem. Et hoc ipsum habet Septuaginta translatio in omnibus fermè codicibus; habet certe in Sixtina: *Et dixit ei puer Heli.* Ubi Chrysostomus magnam ab Annâ modestiâ ad referenda convicia documentum agnoscit. Cum enim nullum grave dedisset ebrietatis indicium, unde sacerdos aut quilibet alius illam largius bibisse prudenter conjectaret, ebrietatis tamen intemperantiam objicit, et imperiosè jubet, ut excedat à templo. « Unde, inquit, suspicari potuit sacerdos? Neque enim ridentem vidit, neque saltantem, neque vertigine incidentem; non audivit ullum verbum obscœnum, aut illiçerale sonantem. » Quare injuriosa erat et illiberalis illa reprehensio. Sed illa nihil respondet immoderatam et asperum, aut contra pontificem, à quo sciebat severum illud manasse convicium; neque contra puerum, cujus ætati se conditioni nullam videbat reverentiam debere; aut quia non tam illud convicium à puero quàm ab ejus domino profectum agnoverat; aut quia jam assueta ab æmulâ suâ non dissimiles audire contumelias; aut certè quia illum fructum, si modò vera, parit oratio, ut nemo ad ejusmodi assultus maneat ignavus et inermis. Sed illud pro religiosis præclarum est documentum, non spectandum, à quo proxime correctio prodeat, nimirum ab homine, sed à quo primùm, et à cujus imperio, nempe

rioris ordinis exigit, et tunc honoratur cum modum rationis excedunt.

Ainsi, cette sainte femme nous apprend d'une admirable manière à nous acquiescer en même temps de tous nos devoirs dans une occasion si importante et si difficile. Car nous satisférons comme elle à la justice, en représentant la vérité et en rendant raison de nos actions. Nous satisférons à l'humilité en ne nous irritant pas de ces mauvais traitements; et nous satisférons à la charité en honorant ceux mêmes qui nous déshonorent. (Sacy.)

Deo, Stultè nimis faceret Anna, si pontificis immemor seivret in servulum, per quem pontifex loquebatur, et iudex Israel; neque minùs esset stultus subditus, si odium conciperet in prelatum, à quo ignavia aut violata religionis arguitur, cum id non tam suo faciat, quam divino nomine: « Si sacerdos, inquit, fuisset conviciatus, non erat perinde miranda tolerantia, propterea quòd dignitatis magnitudo, ac magistratùs auctoritas, vel invitam illam compulisset ad modestiam. Nunc è verò vel adversùs sacerdotis puerum indignata non est, quò magis sibi conciliavit Deum. » Hæc juxta Septuaginta translationem. Sed est longè probabilis, magisque ad lectionem vulgatam et hebraeos codices, non à servo, sed ab ipso sacerdote Annæ exprobratam esse violentiam.

Ebrietas in feminâ fœda est turpitudine. Ita Chrysostomus in Matth. Hom. 16, et Homil. 71 ad populum in Quid, inquit, *ebriâ turpius muliere? quanto namque vas est imbecillius, tanto majus est naufragium.* Et Hieronymus in Regulâ sanctimonialium ad Eustochium cap. 36, ebrietas in feminâ sacrilegium appellat. Hinc multis locis vini usus interdictus feminis. Sanè id severe cautum apud Romanos docet Valerius Maximus lib. 2, cap. 4; Plinius lib. 14, cap. 13, optimè Aulus Gellius lib. 10, cap. 25, ubi docet, non levius in feminâ temulentiam, aut etiam vini usum, quam adulterium puniri. Vide eâ de re plura apud Tiraquelum de legibus Connubialibus lib. 9, n. 34, et Alexandrum, lib. 5 Genial. cap. 11. Et quidem eam ob causam inducta est consuetudo apud Romanos, ut docet Plinius lib. 14, cap. 13, et Athenæus lib. 10, ex Polybio, ut propinqui oscularentur feminas, ut eo modo commodius explorarent, an temetum olerent. An Hebræis feminis aliquid esset à lege præscriptum, seu etiam à consuetudine introductum, incertum est.

Ego non putò feminas in illo populo ab usu vini fuisse repulsas. Quod ex eo colligere posse non incommode videor, quia Numer. cap. 6, v. 3, id viro atque mulieri indicitur, si Nazæorum votum emiserint, ut abstineant à vino; quod quidem otiosè feminis foret injunctum, si illis esset hoc à lege prius, aut à consuetudine prohibitum. Et Judic. 13, v. 3, dixit Angelus ad matrem Samsonis: *Cave ne bibas vinum, aut siceram, quia concipies, et paries filium, cuius non tanget caput noxacula; erit enim Nazæus.* Quod nisi vinum feminis à lege foret,

vel consuetudine permissum, non erat cur Angelus commendaret abstinenciam à vino. Neque Heli sacerdos et iudex tam egisset in Annam, quam ebriam existimabat, clementer, si contra cautum esset à lege, et supplicium indictum. Sanè Paulus ad Titum cap. 2, v. 3, feminis non admittit vinum; sed illius usum moderatur et temperat. *Non multo, inquit, vino servientur.*

VERS. 15. — RESPONDENS ANNA: NEQUAQUAM, INQUIT, DOMINE MI; NAM MULIER INFELIX NIMIS EGOSUM. Responderet alia post reprehensionem illam, quæ non poterat esse non molesta, cum exprobraret id, quod tam est feminis indecorum, longè durius, si non se prius contra huiusmodi assultus oratione et lacrymis munisset; diceretque, ut in Homiliâ de Fide Anna meditatur Chrysostomus, quod plerique solent homines: « Itane sacerdos itane qui alios docet, temulentiam ac violentiam mihi exprobrat? Sed dominum appellat, et modestè erimen à se ebrietas depellit. » Ubi Vulgatus, *infelix*, hebraicè est *kesath raach*, id est, *mulier duri*, sive *amari spiritus*. Quæ vox ad illa omnia patet, quæ spiritum contrahunt et contrastant; quare quæ sterilis est, et ideò dolet; quam aliorum intemperies et contumelia vexat, aut quæcumque alia causa angustè aut inclementer afficit, spiritum dicitur habere durum et amarum. Et sanè Latinus, quæ adversa sunt, et studiis votisque contraria, dura vocat; Vulgatus *infelix* reddidit, quæ etiam vox plura votis, studiisque contraria significat. *Infelix* autem vocari potuit Anna, quia infœcunda, quod hebrææ feminae maximum putabatur esse convicium; quòd contumeliis à Phenennâ vexata; quòd eo nomine non à domesticis solum, sed etiam ab alienis contempta. Eterò felix appellatur illa, quæ filiis abundat; quo modo Roma à Marone lib. 6 Æneid.: *Felix prole virum* appellatur. Et Lia cum aucta esset filiis ex ancillâ susceptis, alterum vocavit Gad, quod *felix*; alterum Asser, quod *beatum* significat. De priori dixit Lia, *felicitè*, de posteriori: *Hoc pro beatitudine meâ; beatam quippe me dicent mulieres.*

SED EFFUNDI ANIMAM MEAM IN CONSPPECTU DOMINI. Anima, hebraicè *nephes*, multa significat. Primum desiderium, et hæc ratione effudit Anna animam suam, quia quiddid habebat in votis, Domino proposuit, quod cum ex animo prodiret graviter affecto, externam etiam faciem variè commovit, et multipliciter finxit. Quia verò oratio desiderii est quidam nuntius et in-

dex, fit per metonymiam, ut anima sumatur pro oratione. Psal. 87, v. 15, ubi Vulgatus: *Ut quid, Domine, repellis orationem meam?* hebraicè est, *naphsi*.

Abulensis quamdam hic explicationem adducit, opportunam quidem ad mores; minùs tamen, ut opinor, ad litteram. Quid enim fecerit, aut oravit, significavit ipsa prius non obscurè, cum votum emisit, et eripi sibi petiit sterilitatis opprobrium. Sumit enim hic *animam* pro irâ, et *effundere animam* idem esse putat, quod conceptum animo virus acerbitalis evomere. Illum autem furorem conceptum in æmulam maluit coram Deo, quam coram adversariâ sibi feminâ profundere, ne illi noceret amaro spiritu, et voce magis acri ac liberâ quàm deceret, et jurgia suscitaret, turbaretque domum, cuius paci consulere debuit prudens materfamilias. Quod documentum sanè optimum est, cum fervet ira, neque homo satis est compos sui. Tunc enim satius est furorem suum, et quid meditetur, quò rapiat præceps animi impetus, Deo proponere; et maxime eo articulo, ubi effervescente irâ nullum à seipso homo sanum potest sperare consilium, quam in hostem evomere, quod læcessitus, et amarus cogitat, aut optat spiritus. Ex quo id consequitur homo, quem spiritus ille violentus exagitat; ut, evacuato animo coram Deo, nihil habeat in pectore veneni, quod in hostem effundat; et ut emissio non suo tempore furoris aculeo, cum ipso pariter animam amittat. Quod accidere apibus, dum aculeum exerunt, et aliis insigunt, tradit Plinius lib. 11, cap. 18, et Seneca lib. 4 de Clementiâ cap. 19: « Ut enim, inquit, eadem homini lex esset, quæ apibus, et ira cum telo frangeretur, nec sapius liceret nocere, quàm semel; facile enim læssaretur furor, si per se sibi satisfaceret, et mortis periculo si vim suam effunderet. » Non possunt autem, ut ait Aristoteles, aculeum infingere, nisi cum illo ipsa quoque viscera elidant et effundant.

Sed adde tu juxta hæc Abulensis cogitationem, effundendam esse animam coram Christo crucifixo, maxime cum pro iis, à quibus actus erat in cruce, Parentem oravit; tunc enim nisi mentem prorsùs abjecisti, nihil tibi furoris erit reliquum, quod in hostem effundas. Ex Dei conspectu, ubi animam suam effuderat Anna, vox illa primùm erupit, quæ Dominum suum illum appellat, à quo fuerat tam gravi exagitata convicio; cum non solum, quod optimè supra Chrysostomus notavit, non inve-

nerit injuriarum levamentum aliquid, sed graviorem ibi contumeliam acceperit. Est enim gravius à summo sacerdote et iudice vinolentam, quàm à muliere sibi non aequâ infœcundam vocari. « Illic, inquit, licet hujus mulieris philosophiam perspicere; domi exprobrat æmula, venit in templum, et sacerdotis puer afficit illam contumeliâ, et increpat ipse sacerdos. Effugerat domesticam tempestatem; venit in portum, et rursus invenit undas; venit acceptura medicamentum, et vulnus exasperatum est. » Sed in illâ tam gravi contumeliâ sacerdotem *dominum* appellat, et postquam illi sacerdos os occlusit, illius obsculta est imperio, ab oratione destitit, et excessit è templo.

VERS. 16. — NE REPUTES ANCILLAM TUAM QUASI EXAM DE FILIARIS BELIAL (1). *Belial* idem valet quod sine jugo; jugum autem pro lege vel imperio sumi res est valde nota; unde servo dicitur jugum imponi, et ille dicitur jugum excutere, qui imperium detrectat, et qui suo potius vult arbitrari, quàm alieno vivere. Quare ille dicitur *filius*, aut *filia Belial*, qui legem abjecit et pudorem, qui aliquibus est pro lege, quique nolentes interdum in officio continet. Talis est, qui neque Deum timet, neque homines reveretur, qui lascivientis nature motibus servit, qui vino immoderatùs indulget, qui sibi metipso imperavit nullam habendam esse rationem honestatis, quò voluptates, aut comoda, quæ captat, assequatur. De hoc est illud Jeremiæ cap. 2, v. 25: *A seculo confregisti jugum, rupisti vincula, et dixisti: Non serviam* (2).

VERS. 17. — TENG HELI AIT: VADE IN PACE. Ebrietas modestiæ est et rationi contraria, quare in ebriis nihil sani est, nihil ingenii, nihil quod sit cum officio pudoreque conjunctum. Quocirca cum Anna, licet verbis læcessita, quæ illius pudorem et ingenium non illiberalè non deceret, responderet tamen modestè, neque contra quàm pontificia dignitas exagebat, facile sibi persuasit pontifex, satis

(1) Septuaginta ad litteram: *Femina pestilentem.* Hebræus: *Ne dederis ancillam tuam ad facies filie Belial;* ne me compares, neve misceas cum filiabus Belial. Postrema hæc vox proprie sonat quiddid nihil est, inutile, vel etiam perniciosum. Græci reddunt interdum *stultum, hebetem;* interdum verò *perniciosum, pestilentem, impium.* (Calmet.)

(2) Ex MULTITUDINE DOLORIS ET MORBORIS. Hebræus: *Ex multitudine meditationis mee et indignationis mee.* Sensus, quibus animus meo opprimitur, ac dolorem, qui angor, coram Domino effundo. (Calmet.)

Annam sobriam esse, et femine pudoris non immemorem. Ita ferè Gregorius in hunc locum, et Chrysostomus, Homiliâ sæpius citatâ. Quare qui accusator antea fuerat, jam se patronum proficitur; cui, usitatâ Hebræorum formâ, et benè precatur, et à se cum bonâ gratiâ dimittit. Cum autem apud Hebræos pax bonorum omnium cumulum significet, cum pace illum, cui benè cupimus, excipimus, aut aggredimur, dicendo : *Pax tibi*, aut cum pace dimittimus, cum illi precamur fausta, et votis prosequimur abeuntem cum hæc amicâ precatio : *Vade in pace*. Exempla sunt obvia (1).

VERS. 18. — UTINAM INVENIAT ANCILLA TUA GRATIAM IN OCVLIS TUIS. LOCUS iste variè à variis exponitur; sed duas tantum explanationes adducam. Altera est Theodoretî, Abulensis, Hugonis, Vatabli, Dionysii, Cajetani, et penè communis. Orârat proximè sacerdos pro Annâ.

(1) Comme nous voyons dans cette sainte femme une image de ce que doivent faire les âmes humbles à l'égard des pasteurs qui les traiteraient d'une manière moins favorable; nous voyons aussi dans Héli la manière dont les ministres de Jésus-Christ doivent se rendre à la vérité lorsqu'ils ont reconnu qu'ils s'étaient mépris dans leurs pensées, et que les apparences les avaient trompés. Il paraît par la suite de ce livre que ce grand pontife craignait Dieu, quoiqu'il fût faible en certaines choses. C'est pourquoi aussitôt que cette sainte lui eut rendu raison de sa conduite, qui lui avait déçu d'abord, il la crut sans peine; il prit pour une marque et pour un effet de sa piété, ce qui lui avait paru un dérèglement; et il joignit ses prières aux siennes pour obtenir de Dieu l'accomplissement de ses desirs.

Il peut arriver quelquefois que l'on se préviene d'une telle sorte contre les personnes innocentes, non par une seule méprise, mais par une préoccupation toute volontaire; que l'on se trouve, sans que l'on y pense, dans la disposition où étaient autrefois les païens, qui ne voulaient plus rien entendre qui pût justifier les premiers chrétiens selon que Tertullien dit excellemment, de peur d'être moins libres à condamner ceux qu'ils étaient résolus de haïr toujours.

Mais les vrais pontifes de Jésus-Christ sont dans une disposition toute contraire. Ils n'ont point de peine à se déromper lorsqu'on peut leur faire connaître la vertu de ceux dont ils avaient eu d'abord une opinion moins avantageuse, et ils se plaisent ensuite à leur témoigner avec une effusion d'autant plus grande leur charité paternelle, qu'elle avait été auparavant suspendue par la fausse idée qu'on leur avait donnée d'eux; car ils se souviennent sans cesse que comme ils sont sur la terre les juges des hommes, ils ont un Dieu dans le ciel qui les doit juger, et ils sont persuadés que le plus grand malheur qui puisse leur arriver est que leur autorité devienne redoutable à la vertu et au mérite, au lieu qu'elle en doit être le plus fidèle appui.

(Sacy.)

cum dixit : *Deus Israel det tibi petitionem tuam*. Quam vocem exceptit Anna leta, et cum gratiarum actione; et cum multa, ut par erat, peteret in oratione pontificis, optat et orat illum, ut sui in familiari precatioe meminerit. Utinam, inquit, abs te hanc ineam gratiam, ut meam gratiam tuis precibus commendatam esse velis. Aliter Chrysostomus, qui hoc esse putat Annæ desiderium, ut ex eventu sacerdos intelligat, illam oris mutationem non tam ex ebrietate quàm ex animi angore, et prolixo casto desiderio provenisse. Ebriorum enim irrationales et vacuæ à sanâ mente preces exitum felicem obtinere non solent. Sic autem eo loco Chrysostomus : *Inveniat ancilla tua gratiam in oculis tuis*, id est, utinam è fine, rerum, que exitu discas, quòd hanc obsecrationem et deprecationemque fecerim, non ex violentiâ, sed ex angore.

VULTUSQUE ILLIUS NON SUNT AMPLIUS IN DIVERSA MUTATI (1). Pro affectuum varietate multiplici, multiplex esse solet vultus mutatio. Cum Anna, ut est verisimile, adversus Phenennæ injurias succenseret, illius vultus aut inflammabat furor, aut distorcebat dolor; deinde cum in se sterilitatis vitium agnosceret, demittebat vultum; quod facium illi, quos ignominia pudet. At ex illâ oratione sic prodiit affecta, ut illum neque æmula; aut domesticorum injuriâ ita commoverent, ut furoris in facie signum ostenderet; neque dolor et pudor ex prolixo desiderio conceptus vultus demitteret. Egressa quippe fuit à tabernaculo spei plena, et animo ad omnia perferenda alacri ac prompto; qui orationis fructus aut præcipuus est, aut inter præcipuos numeratur. Atque idèò que amaro prius animo ad oblatas epulas nauseabat, aut certe illas præfractè respuebat, jam ultrò poscit. Denique quod in morosis ingenii detestamur, non alios, atque alios in singulas horas vultus assumpsit, neque laborum ille motus, qui videri fanaticus poterat, usquam apparuit (2).

(1) VULTUS ILLIUS NON SUNT AMPLIUS IN DIVERSA MUTATI. Hebræus : *Facies ejus non fuerunt ultra ei; seu non moris et dejecto vultu, ut prius, sese prodidit*. Septuaginta : *Facies ejus non cecidit ultra; non ultra exhibuit tetram illam et squallidam oris imaginem*. Utilior Scriptura hæc phrasi : *Car concidit facies tua; agens de Caino malâ animi æmulatione in Abelim irritato*. Interpretes quidam textum originalem reddunt : *Iram depositi; ab iracundiâ in Phenennam convaluit*. Apud Hebræum facies usurpatur sæpè pro irâ : *Vultus Domini super facientes mala*. (Calmet.)

(2) Symbolicè, Rupertus et S. Gregorius (l. 35 Mor. 21) : *Anna non mutavit vultum,*

VERS. 9. — COGNOVIT AUTEM ELICANA ANNAM UXOREM SUAM. Modestè Scriptura exprimit conjugalem operam, quod facit sæpè in explicandis illis que propriis notata vocabulis, pudicis auribus aliquid objicerent tetrum et obscenum.

ET RECORDATUS EST EJUS DOMINUS. Loquitur Scriptura juxta hominum morem, qui tunc aliquem oblitum esse putant, cum nullum appareret memoris animi signum, aut officium. Qualis juxta hominum sensum videri poterat Deus, cum post tot annos non abstulisset ab Annâ sterilitatis opprobrium. Dicitur autem in præsentia recordatus, quia tunc primum ex congressu maritali concepit. Illud autem, *ejus*, ad Annam referendum est, non ad Elicanam, quia affixum pronomen generis est femine. Hic porrò Theodoretus duo in hæc Annæ conceptione considerat: alterum est, hoc opus esse Dei; alterum, plurimum ad rem conjugalem prolis successum pontificiam benedictionem conferre. Ex quo maxime apparet benedictionum nuptialium, quibus Ecclesia novos que oculis mentis semel per orationem in Deo defixos ab eo deinceps non avertit, sed constanter in eo tenuit et in oratione persequitur, ut semper Deum haberet in mente.

(Gorn. à Lap.)

Nous avons vu d'abord que lorsque Phenenna insultait à Anne, en lui reprochant que Dieu l'avait rendue stérile, elle se mettait à pleurer, et ne mangeait point; et qu'Elicana, dont elle était particulièrement aimée, avait besoin de la consoler. Mais le Saint-Esprit marque expressément, qu'avant cette prière si humble et si ardente dans laquelle elle répandit son âme devant Dieu, elle ne fut plus sujette à ces impressions de tristesse et de trouble qui avaient paru auparavant sur son visage.

C'est ainsi que les âmes qui ont une piété sincère, avancent peu-à-peu dans la voie de Dieu. Elles peuvent être sujettes d'abord à quelques faiblesses. Elles sont touchées des jugements moins avantageux que l'ont fait d'elles, et l'impression que ce traitement fait dans leur cœur trouble leur paix, et paraît même souvent au dehors. Mais si elles se servent de cette affliction, comme cette sainte femme, pour avoir recours à Dieu avec plus d'instance; et si elles s'appuient d'autant plus sur son secours, qu'elles en ont moins de la part des hommes, non-seulement Dieu essuiera leurs larmes et leur adoucira l'amertume de leur cœur, mais il les fortifiera même d'une telle sorte, que leur âme demeurera comme inébranlable, et se conservera toujours dans la même assiette parmi les diverses agitations de cette vie.

(Sacy.)

Ces détails, dit Volney, (*Histoire de Samuël*) sont de nature à faire supposer que quelqu'un aurait tenu procès-verbal de la conversation d'Héli et d'Anne.

Quid porrò mirum scriptorem à Deo inspiratum vel minima scire eorum que acta sunt?

S. S. IX.

conjuges de more prosequitur, vis et commendatio. Agricola, inquit, est proprium semina dejicere, Dei autem dejecta perficere. Ita matrimonii quidem est propria conjunctio; Dei autem est proprium annuere nature, ut effingat et formet animal. Hoc cum aperit sciret Anna (nam cum longo tempore cum viro habitasset, fructum non produxit) confugit ad opificem, et intensâ oratione et lacrymis mutilatam curavit matricem, et clausam aperuit. Et paulò post; Pontificalem assecuta est benedictionem. Audivit enim : *Vade in pace; Dominus Deus Israel det tibi omnem petitionem tuam, quam ab ipso petisti*. Cum tantâ autem fide audiret benedictionem, ut omnem abjecerit tristitiam, et cum fiducia ad virum accesserit, et conceperit (1).

VERS. 20. — ET FACTUM EST POST CIRCULUM DIERUM, CONCEPIT ANNA, ET PEPERIT FILIUM. Quidam primo concubitu concepisse putant Annam; alii post aliquod tempus, de quo non constat, cum *dierum circulum* audiamus, non numerum. Et hoc postremum tenent interpretum plerique. Docet hoc loco Abulensis, Annam non statim à reditu post conjugale commercium gravidatam esse; sed aliquot post diebus, postquam dars cepit opera rei maritali. Neque enim Deus, inquit, *quandam illius ammisisset precibus, conceptionis tempus definiit, aliquid fecit Sara*, Genes. cap. 18, de qua dictum est ab angelis Abraham : *Juxta conductum revertere hoc eodem tempore vitâ comite ad te, et habebit filium Sara*. Et l. 4 Reg. cap. 4, eadem penè verba audivit ab Eliseo Sunamitis, quæ benignum propheta præbuerat hospitium.

Ego ad primum concubitu arbitror in Annâ vulvâ conceptum fuisse nobilem illum

(1) L'auteur de l'Esprit du Judaïsme n'a pas rougi d'insinuer que Samuël était un enfant adultérin du grand-père Héli : Anne sa mère, dit-il, alligée de n'avoir point d'enfant d'Elicana son mari, s'adresse au grand-père Héli..... Elle met au monde un fils qu'elle nomme Samuël; le grand-père voulut bien se charger de son éducation; il sembla prendre l'intérêt le plus tendre à cet enfant obtenu par ses soins. Jamais soupçon n'a été plus téméraire; il est pleinement réfuté par l'histoire. Héli était âgé pour lors de plus de quatre-vingt-dix ans, cassé de vieillesse, réduit à demeurer sur une chaise à l'entrée du tabernacle. Anne affligée, ne s'adresse point à lui, mais à Dieu. Héli donné de sa longue prière croit qu'elle a pris du vin par excès, et le lui reproche : lorsqu'elle lui a dit le sujet de son affliction, et de ses vœux, il lui répond simplement : Que le Seigneur vous accorde votre demande. (Duclot.)

fetum; neque enim credo orationis tam inflammatae atque anxie dilatam esse fructum. Neque modus ille loquendi huic cogitationi quidquam incommodat: *circulus enim dierum* non significat, ut apparet, necessarii aliquos dies à primo congressu fuisse transactos; sed præteritis legitimum aliquod tempus, intra quod rei uxoriae operam dari, aut lex, aut consuetudo non permitteret. Quale fortasse fuit, quod proximè ab adito tabernaculo, seu immolatis victimis consecutum est. Fuisse autem aliquot dies positos in Silo, in quibus orationi tam ab Annâ, quam ab illius conjugè vacatum est, mihi difficile non est; eo verò tempore quis dubitat à conjugali congressu fuisse cessatum? Sanè Paulus 1 Cor. 7, v. 5, abstinendum monet ab usu matrimonii orationis tempore: *Nolite fraudare invicem, nisi fortè ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi.* Quare ex quo tempore egressi sunt domo duo illi conjuges religiosi ac pii, donec eodem sunt reversi, abstinuerunt omnino ab usu conjugali; quod circulus dierum, id est, legitimus numerus vocari potuit. Eo verò transacto circulo, qui ex professione, ac reditu, et morâ, quæ posita est in tabernaculo, constat, ad primum, ut opinor, concubitus conceptit Anna. Et hoc mihi certius est. Nisi mavis tunc dictam esse concepisse, cum conceptionis aliquod signum deprehensum est; qualia multa natura ipsa præbet, et ipsa narrant. Ex usu porro Scripturæ, ut sæpius à nobis observatum est, tunc aliquid fieri dicitur, quando factum esse cognoscitur. Id verò docet exemplum omnino simile 2 Reg. c. 19, v. 3. Rediit domum Bersabee conceptio facta, quod ipsa, cum è domo regiâ discessit, ignorabat; post verò se ex certo signo concepisse cognovit; idque Davidi renuntiari jussit; idque eo modo, quasi tunc primum ab illo concepisset: *Reversa est in domum suam conceptio facta; mittensque mutavit David, et ait: Concepti.* Quod si ita est, minus habet difficultatis nostra sententiâ; circulus enim dierum ille est, quem in formando atque edendo factu natura desiderat; nempe quadraginta dies, donec formetur in utero puer, et cesset menstruus sanguis; et novem menses ad partum. De quo numero consulendi sunt medici, qui non eodem omnes modo questionem delinunt. Nobis satis est nosse à concubitu, et receptione seminis ad conceptionis cognitionem esse dierum circulum à naturâ descriptum, id est, legitimum numerum, et alium etiam circulum ad partum,

qui novem absolvitur mensibus. Quare sensus est: Post circulum dierum à naturâ definitum cognovit Anna se concepisse, quia videlicet formatam jam factu desiere menstrua; aut quia visus est in utero moveri fetus. Et post dierum circulum, novem peractis mensibus, enixa est. Illic mihi explicatio difficilis non est; in priorem tamen pronior est animus.

VOCAVITQUE NOMEN EUS SAMUEL. Nomina in Scripturâ, ut plerumque aliquid significant, sic etiam certam habere solent, et accommodatam illi, cui nomen illud imponitur, notationem. Sic Jacobo à luctu, Isaaco à risu, et aliis aliis de causis inditum nomen. Quia verò Samuel postulatus est à Deo, ideò conveniens illi datum est nomen, ut scriptor sacer festinus exposuit. Sed si rationem nominis exactè consideres, Samuel non propriè significat *postulatum à Deo*, cum à verbo *Saal*, à quo derivatum indicat sacer textus, in Samuelis nomine unum tantum elementum appareat. Sed reverà *Samuelis* nomen filium illum à Deo fuisse datum, et quasi à Deo parente generatum significat; quia filius orationis fuit, quæ magis Annam sterilem antea, quam Elcanam maritalis opera fecundam reddidit: atque ideò Samuel non tam Elcanam, quam Deum appellare potuit parentem. *Postulatum autem à Deo*, idem est hoc loco, quòd concessum à Deo, eâ figurâ, quâ antecedens pro consequenti ponitur, petitio videlicet pro concessione.

Cum igitur hoc ipsum vellet Anna in sui filii nomine omnibus esse notum, ut quoties Samuelis nomen audiret, divinum in illo beneficium agnosceret, quasi Deus illius pueri genitor foret, nomen imposuit, quod Dei esse filium, aut à Deo datum sua notatione portenderet. Significat ergo *Samuel*, ut exponit Hieronymus de Locis hebraicis in lib. 4 Reg. 4, *nomen ejus Deus*. Quod item affirmant plures alii, Gregorius, Angelomus, Glossa interlinearis, Pagninus, Rabanus. Alii, *positus à Deo*, vel *dedit illum Deus*. Lira in lib. Differentiarum, *nomen ejus à Deo*. Quare non tamen etymon nominis, quam rationem cur tale nomen puer habuerit, reddidit Anna. Neque enim Samuel dictus est à *saal*, quòd *postulare* sonat; sed vel à *sem*, quòd *est nomen*, et *78 Deus*; quasi nomen habeat Dei, vel à Deo fuerit nominatus. Vel à verbo *sam*, id est, *pono*; quòd verius potest, quia illum posuit in rerum naturâ, et quasi genuit Deus, cum fecundam reddidit Annæ vulvam, cui ad generandum naturam vim fecunditatis abstulerat. *Vel nomen ejus à Deo*, quia Deus illi

nomen imposuit, quòd filiis parentes ex antiqua gentium consuetudine communiter imponunt. Hoc ergo nomen filio, quem à Deo mater postularat, quemque Deus maternis precibus et voto concesserat, accommodatum esse existimavit, ut oblatum beneficium nunquam excideret à gratâ memoriâ; et Samuel quoties sum audiret nomen, debere se Deo recordaretur, quòd esset et viveret, et libentius Nazaræi status molestias sustineret.

VERS. 21. — UT IMMOLARET DOMINO HOSTIAM SOLEMNEM, ET VOTUM SUUM. Ascendit, opinor, Elcana exacto anno, postquam contigerunt quæ nunc à nobis exposita sunt. Quòd si superiora illa in ultimâ trium solemnitatum contigere (nam tribus solemnitatibus cum totâ familiâ ascendere solitum ad tabernaculum Elcanam statim in principio capitis audivimus), ante expletum annum natus est Samuel. Et quidem quando professionem mollebat Elcana, jam Anna lactabat infantem, et sic erat à puerperii langore confirmata, ut ipsa quoque proficisci poterit; alioquin non petisset à viro facultatem remanendi domi. Dixit enim: *Non vadam, donec ablactetur infans*. Ex quo apparet illud esse verum, quòd ante conjectabamus, peracto peregrinationis circulo, ad primum concubitus conceptum esse Samuellem.

Ascendit Elcana ut hostias immolaret solemnes, quia certis anni diebus immolantur, sive ex lege, sive ex consuetudine. Atque ideò textus Hebraicus habet *hostiam dierum*; qualis nimirum statutus à lege diebus immolari solet. Ad quam homines religiosi ac pii aliquid conferunt, ut suis sumptibus aut rem sacram promoveant, aut templum collatâ pecuniâ, aut oblati victimis liberent ab impendio. Habebat præterea Elcana votum; quòd de re conceptum, non constat, veri tamen simile est, commune cum Annâ votum nuncupasse; nempe si ex illâ prolem suscepisset, allaturum se ad tabernaculum donum aliquod, aut victimam ex earum numero, quæ in sacrificiis pacificis numentur.

VERS. 22. — DONEC ABLACTETUR INFANS (1).

(1) Anna hic videtur non servasse legem purificationis puerperæ, implendam 40 die à partu (Levit. 12), quando parentes primogenitum offerrent Deo et redimebant quinque siclis (Exod. 15). Respondet Abulens. (n. 27 et seq.) Levitas (qualis erat Anna et Elcana) hæc lege non fuisse obligatos, eò quòd ipsi jam Deo erant dicati et consecrati, ac quòd in ipsorum utilitatem sacrificia illa purificationis cedebant; unde primogenitos suos non redimebant quinque siclis, nec hostias cæteris præscriptas offerbant.

(Carn. à Lap.)

Triennio plerumque apud Hebræos lactabatur infans, ut indicat mater illa, quæ lib. 2 Machab. cap. 7, sic est moriturum pro patriâ religione filium allocuta: *Te in utero novem mensibus portavi, et lac triennio dedi*. Videtur autem ex illius regionis consuetudine locuta, in quâ ad tertium usque annum lactatio producitur; sicut etiam novem mensium meminit, quibus fetus in utero materno gestatur. Illud verò tempus lactandis pueris idoneum esse docet ex Galeno Valesius cap. 85 sacræ Philosophiæ. Tantum verò temporis lactandis infantibus definitur, de Conversione conjugat. tit. 33, cap. 2, ubi præcipitur, uti post triennium ab infideli matre eripatur filius, et fidelis patris curæ commendetur.

Cum autem ætas hæc infantilis mollis videatur et tenera, neque à matris sinu, atque complexu separanda, quidam metaphoricæ quasdam ablactationes excogitant. Ablactatio propria est, quæ à nutricis uberibus infantem depellit, quæ exacto triennio fit: alia, quæ anno septimo jam adultum infantem à pedagogo liberat: alia quæ, cum ad decimum, vel duodecimum annum ventum est, tugorem à puero removet. De his vide Lyram, Hugonem, Historiam scholasticam. Dicunt igitur hi nullum hic esse sermonem de triennali, id est, de propriâ ablactatione, quia duram videbatur ætatem illam infantilem et teneram à matris indulgentiâ depellere; et puer tunc tantulus molestias plus esset sacerdoti, quam usui. Verùm tamen alii, et meo judicio verè, triennalem puerum oblatum esse putant, neque ab eo tempore ad paternam donum, aut maternum complexum rediisse.

Et quidem ubi nihil occurrit absurdi, maxime in historiâ, significatio propria deserenda non est. Neque ablactationis nomen (quòd ego viderim) ad illum usum, quem alii excogitant, unquam est auditum. Hoc non obscure docet textus ipse; nam quæ hic vocatur *ablactatio*, vers. 23, *remota dicitur à lacte*. *Mansit ergo mulier, et lactavit filium donec amoveret eum à lacte*. Hæc autem omnia ab Annâ sunt, non ab Elcanâ; eadem enim quæ hæcavit, ablactasse dicitur infantem: at alie ablactationes metaphoricæ paternæ sunt, non maternæ sedulitatis et operæ. Et v. 24, puer cum offerretur in domo Domini, *infantulus* dicitur, quæ vox tenerrimam illam ætatem sonat. Hujus sententiæ sunt Chrysostomus, tom. 1, Hom. 3, de fide Annæ, paulo ante medium: c. Adduxit et reliquit (Anna Samuellem), nec puer à

« mammā divulsus molestē tulit, cum sciatis
« quā solent indignari pueri, quoties à lacte
« depelluntur. » Et non longē post : « Prima
« statim pueritiā à mammā matris venit ad
« mammam spiritualem. » Theodoretus q. 5
secutus Septuaginta, hoc ipsum fatetur. Nam
cum Septuaginta, ubi Vulgatus legit v. 24, in
vitalis tribus, ipsi habent, in *vulco trienni* : *Cum*
primū, inquit, ablacāssēt, obtulit eum Deo, et
cum eo vitulum ei tempore aequalem; trimum vi-
delicet, quia trimum etiam vitulus erat. Idem
tenent Dionysius et Serarius, et indicat Abul-
lensis ad illud : *Puer autem adhuc erat infantu-*
lus. Ubi docet, oblatum esse puerum, ut primū
ablacatus est, cum nondum duos annos
et dimidium implēssēt.

Quod verò alios adduxit, ut ablationes ex-
cogitent metaphoricās, non admodum pregit
hanc sententiā. Nam cum alii, ut est verisim-
ile, non pauci ab infantia forent consecrati
(nec enim hoc Anna sine exemplo videtur fo-
cisse), cautum erat à sacerdotibus, ut aliqui es-
sent in tabernaculo, qui teneram illam aetatem
epulis alerent opportunis, et de illorum tam
valetudine, quā educatione, atque institu-
tione curarent. Sanè difficilior erat puellam
trimulam, quā trimulum puerum, ab ubere
materno tunc primū avulsam, à matris sinu,
atque indulgentiā distrahere. Atqui hoc acci-
disse B. Virgini, et pluribus aliis, ut est non
improbabile, docent communiter antiqui Pa-
tres. Evodius Epist. ad Antiochenos, Nicephorus
lib. 2, c. 5, et l. 1, c. 7; Germanus ar-
chiepiscopus Constantinopolitanus, Georgius
Cedrenus in Compendio histor.; Hieronymus in
Histor. de Ortu Virginis. *Cum trium annorum,*
inquit, circulus vobereetur, et ablationis tem-
pus completum esset, ad templum Domini Vir-
ginem cum oblationibus adduxerunt. Vide Canisium
l. 1 Marial. c. 12, et Christophorum Castram
in Historiā Deiparæ c. 3, ubi hæc de re plu-
rius.

VERS. 25. — *PRÆCORQUE, UT IMPLEAT DOMINUS*
VERBUM SEU. Non apparet quodnam sit illud
verbum, aut illa Dei promissio, quam nunc
optat Elcana impleri à Deo. Nam si Deus Annæ
filium promisit, cum oraret in tabernaculo, et
coram Domino spiritum effunderet, aut certè
per sacerdotem summum, cum dixit : *Vade in*
pace, et Deus Israel det tibi petitionem tuam,
jam illud Deus orto Samuele compleverat.
Quare non apparet, quò spectet Elcanæ votum
et oratio. Hebræi, ut referunt hoc loco Abul-
lensis et Lyra, ut aliquid dicant, ut solent, ad

popularem plausum, aliquid hic somniant ce-
rebro suo non indignum. Dicunt enim audi-
tam aliquando vocem in Silo, quæ diceret,
nasciturum esse puerum Samuelem nomine,
qui populum à tyrannico Palestinorum domi-
nato, seu assidua incurratione liberaret. Quare
cum hanc suæ familiæ laudem omnes expete-
rent, si quis nasceretur filius, Samuelis illi
nomen imponebant; sed rei eventus apertè
demonstrabat, de alio Samuele illum esse ser-
monem. Cum autem Anna eodem, quo alia,
consilio datum à Deo infantem Samuelem vo-
casset, cui nomini grandia prius à Domino fo-
rent promissa, optat precaturque Elcana, ut
in suo Samuele Deo promissionem illam im-
pleat, quam ante illud tempus nemo consecutus
fuerat. Hæc Hebræi; quorum commentum
optimè impugnant Abulensis et Lyra. Nec enim
Anna ideò Samuelis nomen indidit filio, quia
magnum aliquid huic nomini promissum au-
dierat, sed quia à Domino prius illud postu-
lasset.

Ego in verbo nullum intello promissum,
sed tantum opus. Nōrunt autem qui sunt in
sanctā linguā versati medicriter, nomen *da-*
bar, latine *verbum*, tam latè patere, quā latè
patet *res*. Quare *videre, cognoscere, aut facere*
verbum, idem est, quod *facere, aut videre rem*.
Ab exemplis absteino, quia nusquam non oc-
currunt. Verbum igitur hoc loco erit, Samue-
lem à Domino fuisse concessum. Quod opus
non videretur esse completum, si puer in ætate
adhuc infantili decederet; quia neque satis
esset factum Annæ desiderio, si ex utero trans-
ferretur ad tumulum; neque voto, quo filium
sacro ministerio in perpetuum addiderat. Pre-
catur ergo Elcana, ut Deus verbum, id est,
opus suum impleat; id est, ut opus, quod
tunc videbatur inchoatum, absolveret, et infan-
tem servaret incolumem, donec in virile robur,
aut in senilem maturitatem adolesceret. Non
longè hinc abit Abulensis, qui putat sub eā
conditione à Deo datum esse filium, ut templo
ministraret, quia id Anna, dum oraret promi-
serat. Quod opus perfectè adimpleri non po-
terat, nisi diuturna vita Samueli contin-
geret.

Multa hic aliqui ommissa fuisse putant ab Annā,
quæ tamen præscriberet Judæorum religio. Ut
quòd in statuto die templum non obierit, quando
Elcanam tota familia comitata est; quòd filium
non præsentaverit in templo, cum esset primo-
genitus; quòd denique purificationis legem
non impleverit. Solutiones alias alii afferunt;

de quibus vide Abulensem à q. 27. Ego, quod
ad primam questionem attinet, dico nihil ad-
misisse, aut omisisse contra legem Annam, quia
lex illa masculos tantum ad templum, seu ta-
bernaculum vocabat, Exod. 34: *Tribus tempo-*
ribus anni apparebit omne masculinum tuum in
conspetu omnipotentis Dei Israel. Idem Deuter.
cap. 16, v. 16. Quod ad presentationem pueri,
matrisque purificationem attinet, non video
cur quis hoc loco dubitare debeat. Tantum hic
negatur cum Elcanā uxorem Annam ascen-
disse, sed ascensus isto sine dubio fuit in aliquā
illarum trium solemnitatum; in quibus ma-
sculorum fiebat ex lege in tabernaculum gene-
rale comitium; neque enim erat cur alio
tempore ascendere Elcana cum totā familiā
deberet. Tunc verò temporis non tenebatur
Anna cum aliis adire tabernaculum, nisi fortè
dicamus, quadragesimum à partu diem in
solemnem illum diem incurrisse, quod non
credo.

Puto igitur ante hoc tempus, quadragesimo
à partu die, sicut alias feminas, obisse Annam
tabernaculum, et duas presentationis ac pu-
rificationis leges implevisse; deinde rediisse
domum, ut postquam à lacte depulisset in-
fantem, iterum rediret, illo ad sacrum altaris
ministerium in tabernaculo relicto. Neque huic
cogitationi incommodat, quòd neque purifica-
tionem matris, neque filii presentationem in
sacris monumentis habeamus; tum quia non
omnia quæ contigerunt, sacra prodit histo-
ria; tum deinde, quia, quæ communia sunt
omnibus, neque aliquid peculiare continent,
quòd notari debeat, mandari non solent monu-
mentis.

VERS. 24. — *IN VITULIS TRIBUS, ET TRIBUS MODIS*
FARINE, ET AMPHORA VINI. Non inveno legem
illam, quæ cum tribus vitulis totidemque fa-
rinæ modis, et vini amphorā, deduci ad taber-
naculum puerum jubeat, cum consecratur Do-
mino, et nuncupat, aut solvit Nazaraei votum.
Quare existimo hostiam illam et libamenta, quæ
obtulit Anna ablacato puero, fuisse non consecra-
toriam, ut ita dicam, sed pacificam, in gra-
tiam actionem, quòd filium à Domini clem-
entia ac liberali manu recepisset. Hostia verò
pacificæ, ut habes Num. cap. 15, erat è bobus,
sive ovibus, cui farina admiscebatur et vinum;
quæ omnia attulit gratà ac liberali manu Sa-
muelis mater. Ex tribus autem vitulis unus
tantum immolatus est, ut statim dicitur v. 25;
duos autem alios aut dedit sacerdoti, cui filium
commendavit, aut pro statis atque solemnibus

victimis reliquit in templo. Tres autem attulit
farinæ modios, et vini amphoram pro illo tan-
tū vitulo, qui immolatus est, quia duo alii
aut dati erant dono sacerdoti, aut ad templi
sumptus necessarios relieci. Pro singulis autem
vitulis offerendum esse unum ephi, habemus
Ezech. cap. 46, v. 7: *Ephi per vitulum, ephi*
quoque per arietem facit sacrificium. Ephi
verò tres habet modios. Quare Anna ad vitu-
lum unum, quem immolari voluit, satis attulit
pro libationibus farinæ. Ubi Vulgatus *tres mo-*
dios, Hebr. est ephah; quod Vulgatus apud
Ezech. reddidit *Ephi*.

Hic porò observandum, aliter transtulisse
Septuaginta, et pro *tribus vitulis*, reddidisse,
vitulum unum triennalem. Et ita legit hic Theo-
doretus q. 5, et Chrysostomus homil. 5 de fide
Annæ, sed minùs, ut culibet promptum est
videre, ad textum Hebraicum. Est tamen ad
moralem sensum gravis illa Septuaginta trans-
latio; nam vitulus ille triennis, triennis item
pueri personam referebat, eodem natus est
tempore, cum illo crevit; crevit tamen, ut cum
trinus esset, duceretur ad aram, et cultrum
subiret; sic etiam crescebat Samuel, ut avul-
sus ab ubere victimæ fieret. Quia reverà qui
Deo consecratur, qualis est religiosus et sa-
cerdos, mortem subit; quia ut Deo in omnibus
obtemperet, et Christum induat, necesse est,
ut à se ipso deficiat, exuatque veterem homi-
nem; quod qui facit, ille seipsum immolat.
Neque enim aliud est, quòd Christus monet
abnegare se ipsum. Docuit hoc Theodoretus
Septuaginta translationem secutus, qui sic de
Annā q. 5: *Cum primū ablacāssēt, eum obtulit*
Deo (1), et cum eo vitulum ei tempore aequalem,

(1) S. Hieronymus (ad Ruth.): « Quid tam
« pium quā sanctæ matri snctum filium
« custodire? Anna Samuelem non sibi, sed ta-
« bernaculo genuit. » S. August. (in Psalm. 98):
« Natus Samuel fuit apud matrem tempore la-
« cis: max ut eum ablacavit, dedit in templum
« ut ibi cresceret, ibi roboraretur in spiritu,
« ibi Deo serviret. » Hinc S. Gregorius Nanzan-
zianus (Orat. 40) exemplo Annæ docet matres
debere suos filios ab infantia Deo consecrare.
Audi S. Hieronymum (Epist. 7 ad Lætam de
Institut. filia): « Samuel nutritus in templo,
« Joannes in solitudine preparatus; ille sacro
« crine venerabilis est, vinum et sicera non
« bibit; adhuc parvulus cum Domino sermo-
« cinatur. Hic fugit urbes: zonā pellicæa cin-
« gitur, locustis alitur acemelle sylvestri, et in
« typum penitentis predicandæ tortuosissimi
« animalis vestitur exuvias. Sic erudienda est
« anima quæ futura est templum Dei. Nihil
« aliud dicit audire, nihil loqui, nisi quod
« ad timorem Dei pertinet. Turpia verba non
« intelligat, cantica mundi ignoret, adhuc te-

qui pro eo accepit mactationem et sacrificium. Neque est improbabile, vitulum illum aluisse domi, ut sapius occurreret oculis et immolationis opus, et immolandi pueri familiaris effigies. Et sicut vitulum illum mollior educationem tanquam alienum intuebatur, utpote altari ac templo destinatum, illumque quasi rem Deo sacrum observabat, sic etiam filium, cujus in vitulo contemplantur imaginem, tanquam aliquid alienum, et Deo altarique devotum aspiciet et veneratur. Sic sanè homil. 3 de fide Annæ meditatatur Chrysostomus: « Conspiciet, inquit, infantem illum non tantum et ut infantem, verum etiam ut rem Deo consecratam: cœque matri geminus amoris stimulus insitus est, alter à natura, alter à gratiâ. Ac meâ quidem sententiâ etiam reveneratur et puerum suum. Etenim si qui phalæas, pocula aurea Deo dicantur sunt, posteaquam etiam jam concepta acceperint, domique repositæ fuerint: nequaquam ac tanquam profana vasa intuentur, sed tanquam Deo sacra: et neque audent ea temerè, citraque causam et alligare, quemadmodum cœtera. »

Illic hic notare lubet antiquum fuisse morem, ut cum puer primùm susceptus esset in lucem, aliquod statureretur illius diei ac puerperii monumentum; quod plerumque fidei depacta arbore, quæ cum puero crescente ipsa quoque sensim adolesceret; in quâ sibi, si quando filius abesset domo, parentes filium haberent quodam modo præsentem, et suam solitudinem, et natæ desiderium solarentur. Sic sanè docet Donatus, dum Maronis describit vitam. « Virga, inquit, populea more regionis in puerperis eodem statim loco depacta, ita brevi coaluit, ut multo ante sata et populus adæquirât. » Eodem quo natæ est die Marius, plantata creditur quercus; quæ ab illo Mariana vocata est, de quâ Cicero lib. 1 de Legibus.

PUER AUTEM ERAT ADIUC INFANTULUS. Hebraicè, *naar naar*, quæ geminatio valde pusillum atque tenellum infantem esse docet, qualis est trimus, qui jam incipit cibis uti pro lacte (1).

« nœra lingua psalmis dulcibus imbuatur. » Et pluribus interjectis: « Nutriatur in monasterio, et sit inter virginum choros: jurare non discat, mentiri sacrilegium putet, nesciat seculum, et vivat angelicè, sit in carne sine carne, omne et hominum genus sui simile putet. »

(Corn. à Lap.)

(1) V. 25. — ET IMMOLEVERUNT VITULUM, ET CŒTELERUNT PUERUM HELI. Audi S. Chrysostomum, Homil. 4 de Annâ, dubitantem an Annæ,

VERS. 26. — ÉTAIT ANNA : OBSËCRO, MI DOMINE, VIVIT ANIMA TUA, EGO SUM. Illud obsecro interjectionis obinet vim, sicut alia verba plurima, quod attentionem excitat, et captat cum quâdam animi submissione; interponit autem iusjurandum, ut fidem apud Pontificem consequatur oratio. Est autem hæc apud Hebræos familiaris juramenti concipiendi forma: *Vivo ego, vivit anima mea, vivit anima tua*. Cujus sensus est: *Ita vivam, ita vivas; aut, ne vivam, si sciens fallo; vel certè, tam est hoc certum, quam me vivere*. Porrò anima mea, idem est, quod ego; anima tua, quod tu, ex familiari Hebræorum idiomate.

VERS. 28. — IHCIRÒ ET EGO COMMODAVI EUM DOMINO CUNCTIS DIEBUS, QUIBUS FUERIT COMMODATUS (1). Quia Deus donavit Annæ filium, id

an Samuelis virtutem magis mirari debeat. « Cum soleant, inquit, indignari pueri, quoties à lacte depellantur; nec ipse puer agrè tulit à matre divulsus, sed ad Dominum respexit, qui matrem creaverat, nec ipsa mater doluit à puero sejuncta, propterea quod naturalis affectus vixit interveniens gratiâ, et uterque se alteri convivere estimabat. » (Corn. à Lap.)

(1) Ad litteram: *Ego commodavi Domino omnibus diebus, quibus fuerit ipse commodatus; offero illum ac oblatione, ut permittam Domino quandiu ipsum retinere opportunum Deo videbitur. Cùm usum rei alienus alteri quis permittit, tandiu retinendum quandiu accipienti placuerit, toto eo tempore abdicat à se jus utendi ex re, cuius dominium in alterum remittit. Agnoscit Anna, habere se filium à manu Domini, atque acceptum restituit, quandiu suis obsequiis illum retinere voluerit. Non toto quidem vite suæ tempore Samuel in tabernaculo fuit; ut enim ad munus iudicis Israël electus fuit, sedem habuit in Ramatha. Deus simul illum iudicem destinaverat, et simul pariter exemerat à servitute in tabernaculo per se exhibendâ.*

Fator ego tamen, hæc phrasim, *commodare Domino*, non satis, quantum assecratur, congruere matri Samuelis. Filium illa suum, antequam nasceretur, devoverat, voto absolutum et perfectum, nullâ restitutionis conditione: cùm verò sermo est de voti fide implendâ, commodatò tantum filius conceditur, quod retenti dominii et proprietatis indicium aliquod exhibet. Igitur textum Hebræum ita reddere maluerim, versiculo hoc cum præcedenti conjuncto: *Pro puero isto oravi Dominum, et dedit petitionem meam, quam postulavi eum; v. 28. IHCIRÒ EGO COMMODATUM TANTUM HABEO. Ipse est Dominus cunctis diebus, quibus fuerit. Res est commodata, quæ Domini est. Ultra agnosco, rem esse Domini, non meam: juris est illius, mihi commodata; quare restitutum illum venio: depositum restituo. Summus sacerdos Heli sequenti capite his verbis Annæ respondens, ita affatur Elicanæ: *Reddat tibi Dominus semen de muliere hæc profanore* (pro petitione, quam illa habuit ad Dominum), *quod commodasti Domino.**

circo illa lubens Deo reddidit, ac donat in perpetuum; ita ut se non invitâ puer in templo serviat, quantum ipsius vita, aut voluntas tulerit. Neque enim filii vota parentum, quæ

Dominus reddat tibi filium alterum pro eo quem Anna petiit, ut Domino consecraret.

(Calmet.)

Les mères chrétiennes ont dans la piété de cette femme un excellent modèle du soin qu'elles doivent avoir de leurs enfants. Elle ne désire d'être mère, qu'afin d'avoir un fils qui soit tout à Dieu. Elle le lui demande, pour le lui rendre après l'avoir reçu de lui. Rien n'est plus tendre que l'affection qu'elle a pour un fils si digne d'être aimé, et obtenu du ciel après tant de vœux. Et néanmoins elle se prive volontairement de la consolation de le voir, de peur que le commerce qu'il pourrait avoir avec tout ce qui viendrait tant soit peu de la contagion du siècle, ne ternit en quelque sorte la pureté de son innocence. C'est pourquoi elle veut que, dès son enfance, la maison de Dieu soit la sienne; qu'il soit élevé parmi des personnes consacrées au ministère de son autel; que la piété lui devienne comme naturelle; que tout ce qu'il voit, et ce qu'il entend le conduise à Dieu, qu'il s'avance dans son amour à mesure qu'il croît en âge, et qu'il ne vive que pour le servir.

C'est là le modèle que les Saints ont proposé souvent pour ceux qui sont destinés à entrer dans le ministère et les dignités de l'Eglise. Ils ont voulu, comme il a été souvent prescrit par les saints Canons, que leur vertu fût fondée sur la grâce de leur innocence et de leur baptême, afin qu'ayant crû sans aucune interruption, durant plusieurs années, elle devint assez forte pour porter un poids aussi grand qu'est celui du sacerdoce de J.-C., et de conduire des âmes qui sont le prix de son sang. Plus à Dieu que cette bienheureuse femme eût plus d'imitateurs dans ce siècle qui a tant d'avantages au-dessus du sien. Mais on peut dire qu'au sien cette sainte a suivi en ce point les règles évangéliques et apostoliques avant le temps de l'Evangile et des Apôtres, et qu'elle a été chrétienne, selon l'expression de saint Augustin, au milieu des Juifs. On voit aujourd'hui, au contraire, un grand nombre de pères et de mères qui, étant chrétiens de profession, se conduisent d'une manière tout à fait judaïque et toute terrestre à l'égard de leurs enfants. Après s'être mis fort peu en peine de leur procurer une éducation qui eût quelques rapports avec la renaissance divine qu'ils ont reçue, ils choisissent pour le monde et pour la satisfaction de leur vanité tout ce qu'ils ont de plus cher et de plus précieux parmi leurs enfants, et ils ne donnent à Dieu que ce qu'ils estiment le moins, et souvent même ce qu'ils regardent comme le rebut et la charge de leurs familles.

Il suffit d'avoir marqué en un mot un si grand désordre. Mais les pères et les mères qui ont été éclairés de Dieu pour s'acquitter de ce premier de tous les devoirs, doivent avoir une extrême consolation en considérant combien Dieu a béni la piété de cette mère si sainte, non seulement en lui donnant un grand nombre d'enfants pour ce fils unique qu'elle lui

personalia dicuntur, implere tenentur. Atque idèò prudens mater offert filium sacerdoti ac templo, ita ut sibi necessitatem imponat, nunquam illum à templo revocandi; non tamen illi, ut si voverit, cùm plenum haberit rationis usum, aliter de se vitæque modo statueret possit. Ita videtur locus iste, quem alii variè accipiunt exponi posse: aliter enim otiosum videretur illud, *cunctis diebus, quibus fuerit commodatus*.

Notat hic Chrysostomus, homil. 3 de fide Annæ, consecrato Samuele, et additò templi ministerio, ipsam quoque matrem divino consecratam esse ministerio; quæ ut à seipsâ abesse non poterat, sic etiam neque à filio, qui ubicumque esset, materna secum viscera traheret. « Dùm talia, inquit, loquitur, se ipsam quoque dedicavit cum puero, quasi solido et quodam naturæ affectu se ipsam templo alligans. Etenim si ubi est thesaurus hominis, illic est et cor ejus, multo magis ubi puer mulieris, ibi et mens illius erat. » Quod explicari similitudine poterat, quam paulò ante adduxerat Chrysostomus, ubi viti matrem, et illius palmiti sobolem assimilat, et Eodem in loco fixa vitis in longum producit palmites, et utra multo intervallo pendens, cum radice habet commercium. Item et in hac accidit femina, quæ in urbe manens usque ad templum extendit suum palmitem, et cetera. Exemplo Annæ docent Nazianzenus, et Chrysostomus filios esse consecrandos Domino, et etiam adhuc teneram sanctis esse moribus informandam; ille oratione 40, hic homil. 3 de Annâ. Quomodo Anna typus sit Ecclesie, vide Gregorium hic, Cyprianum lib. de Oratione Dominiæ.

ET ORAVIT ANNA, ET AIT (1). Totus ille sive avait consacré, mais en rendant depuis ce même Samuel, qui n'était alors qu'un petit enfant, l'interprète de ses volontés, le gouverneur de son peuple, la terreur des ennemis de son nom, le maître des rois, le juge de Saül, le protecteur de David, et enfin l'un des plus grands hommes qui aient jamais été dans le monde. (Sacy.)

(1) De tempore quo Anna canticum hoc composuit, dissidium est sententiarum. Sunt qui statim post ortum Samuelem, sicut qui post oblationem pueri servitiis Domini exaratum credant. Quam posteriorem sententiam præferre videtur historia hujus serie.

(Calmet.)

« Ici, inquit Volney (Hist. de Samuël), le narrateur nous dit qu'Hannah composa elle-même un cantique qui remplit les dix premiers versets du chapitre second. La femme d'un cultivateur aisé, même riche si l'on veut, mais

sermo, sive canticum, quod relicto in templo filio, cecinit Anna, divinas, ut vides, continet laudes; et tamen dicitur *Oratio*, cum nihil hic appareat precatorium. Sed non id est in Scripturâ novum; sæpè enim ut pro oratione laus, sic etiam pro laude ponitur oratio. Threnor. cap. 2, v. 19: *Consurge, lauda in nocte*. Et c. 7: *Tu ergo noli orare pro populo hoc, neque assumas pro eis laudem*. Vide quæ nos in utroque loco. Et sanè ad obtinendum quæ volumus magnum à laude pondus sumit oratio, atque idèò, ut locis proximè citatis ostendimus, viri pii à laude sæpè orationem ordiuntur, quæ optima est divinæ benevolentia captandæ forma.

Antequàm ex hujus primi capituli commentariis emergo, expendi velim in lectore pio, quanto studio atque alacritate sancta hæc mater charissimum à suo sinu filium distrahat, id est, non levem à se suorum viscerum partem divellat. Cum exultare se dicat vehementer, cum à seipsâ emancipatum filium, divinæ mancipat servituti. *Vitem* supra appellârat Annam magnam Chrystostomus, quæ egrègiùm ad templum usque palmitem producebat. Sed hoc planè admirandum est in Annâ, quòd cum aliæ vites, dum sub vernam temperiem putatoriâ falce sarmenta resecantur, lacrymarum incipiunt, quasi sud ipsarum orbata progenie: Anna tamen exultat et cantat, quasi hoc beneficium majus existimaret, quòd Deus, et illius nomine

enfin la femme d'un homme de campagne, une paysanne peut-elle avoir composé un morceau qui a les formes poétiques? Cela n'est pas probable. Ce cantique a dû être fait par quelque Lévite du temps, et même après coup par l'écrivain de cette histoire. Cette licence nous avertit de l'intérêt personnel et même de la partialité que nous devons trouver en tout ce récit.

Eadem forè dicuntur à Cahen (*Bib. tom. 7*): utriusque verò satis responsum erit, si animadvertatur Annæ piæ mulieri à Spiritu sancto inspiratum fuisse canticum istud, ac proinde mirum non esse multa ab eâ dici quæ mulierice ingenium superare videantur.

CAPUT II.

1. Exultavit cor meum in Domino, et exaltatum est cornu meum in Deo meo; dilatatum est os meum super inimicos meos, quia lætata sum in salutari tuo.

2. Non est sanctus ut est Dominus; neque enim est alius extra te, et non est fortis sicut Deus noster.

3. Nolite multiplicare loqui sublimia,

sacerdos oblatum admisissent infantem, quàm illum priùs Dei liberalitate in sterili vulvâ concepisse.

Et reverà ita est, quia sicut ille alius Macedonum rex feliciùs secum actum existimabat, quòd Aristotelem habuisset magistrum, quàm quòd Phillippum genitorem, sic etiam Anna magis putabat fortunatum filium, quòd à Deo esset in templum, id est, in suam familiam adoptatus, quàm quòd susceptus esset in lucem. Cum autem amor amato benè cupiat, et quæ sic amabat Samuelem, exultare non immeritò debuit, quòd sors illa felix in Domini familiâ filio contigisset. Amabat Moysen mater hebræa, quæ aut ancilla erat apud Ægyptios, aut certè non longè aberat ab ancillari conditione; et idèò non gravatè tulit, imò vehementer lætata est, quòd filia regis illum adoptaret, et ad regias delicias è servili conditione traderet. Sic ergo lætata est Anna, cum è privatâ atque profanâ domo, ad templum, id est, Dei familiam, translatus est filius, quod perinde fuit, atque si fera atque sylvestris planta, qualis esset oleaster, inserta esset in bonam olivam, et particeps esset pinguedinis et stirpis nobilis, cujus illam natura exortem effecerat. Ita sanè Chrystostomus homil. 3 de fide Annæ: « Ascendit, inquit, Anna præclarum illud germen transplantans. Et quemadmodùm industrii agricolæ primum semen in terram deponunt cuperent, aut aliarum arborum similia: deinde ubi conspexerunt è semine factam arborem, non relinquunt in eadem terrâ; sed inde revulsam plantulam in aliud transferunt solum, ut terra in recens gremio suo exceptam illius radicem puram, et integram vim suam proferat ad novam educationem. » Hinc disceant parentes, non esse, cur dolent quòd filii paternâ domo, et secunli commoditate relicti, Deo se totos in religione consecrant, et ab humanâ ad divinam quodammodò familiam commigrent.

CHAPITRE II.

1. Mon cœur abattu et humilié a tressailli d'allégresse dans le secours que j'ai reçu du Seigneur, et ma gloire obscurcie a été relevée par la fécondité que j'ai obtenue de mon Dieu, de sorte que ma bouche, auparavant réduite au silence, s'est ouverte pour répondre à mes ennemis, parce que j'ai mis ma joie et ma confiance dans votre grâce salutaire, ô mon Dieu.

2. Ainsi j'ai éprouvé que nul n'est saint, comme l'est le Seigneur; non, mon Dieu, il n'y en a point d'autre semblable à vous en sainte-

gloriantes; recedant vetera de ore vestro, quia Deus scientiarum Dominus est, et ipsi præparantur cogitationes.

4. Arcus fortium superatus est, et infirmi: accincti sunt robore.

5. Repleti priùs pro panibus se locaverunt, et famelici saturati sunt, donec sterilis peperit plurimos, et quæ multos habebat filios infirmata est.

6. Dominus mortificat et vivificat, deducit ad inferos et reducit.

7. Dominus pauperem facit et ditat, humiliat et sublevat.

8. Suscitat de pulvere egenum, et de stercore elevat pauperem, ut sedeat cum principibus et solium gloriæ teneat. Domini enim sunt cardines terræ, et posuit super eos orbem.

9. Pedes sanctorum suorum servabit, et impij in tenebris conticescent, quia non in fortitudine suâ roborabitur vir.

10. Dominum formidabunt adversarii ejus, et super ipsos in caelis tonabit: Dominus judicabit fines terræ, et dabit imperium regi suo, et sublimabit cornu Christi sui.

11. Et abiit Elcana Ramatha in domum suam; puer autem erat minister in conspectu Domini ante faciem Heli sacerdotis.

12. Porrò filii Heli, filii Belial, ne scientes Dominum

13. Neque officium sacerdotum ad populum; sed quicumque immolasset victimam, veniebat puer sacerdotis dum coquerentur carnes, et habebat fuscilulam tridentem in manu suâ,

té, en justice, en bonté, et nul n'a une force pareille à celle de notre Dieu.

3. Cessez donc, ô orgueilleux, de vous glorifier à l'avenir avec des paroles insolentes; que votre ancien langage ne sorte plus de votre bouche; l'orgueil, qui en est la source, ne peut être caché au Seigneur, parce que le Seigneur est le Dieu de toute connaissance et qu'il pénètre les pensées des plus secrètes des cœurs.

4. Ainsi, par l'effet de sa justice et de sa miséricorde, l'arc des forts a été brisé et les faibles ont été remplis de force.

5. Ceux qui étaient auparavant comblés de bien ont été réduits à se louer pour avoir du pain, et ceux qui étaient pressés de la faim ont été rassasiés. Celle qui était stérile est devenue mère de beaucoup d'enfants, et celle qui avait beaucoup d'enfants est tombée dans la défaillance, et cessa d'en avoir.

6. Car le Seigneur ôte et donne la vie quand il lui plaît; il conduit aux enfers, et il en retire, selon sa volonté.

7. Le Seigneur fait le pauvre et le riche; il abaisse et il élève.

8. Il tire, quand il veut, le pauvre de la pousière et l'indigent du fumier pour le faire asseoir entre les princes et lui donner un trône de gloire. C'est au Seigneur qu'appartiennent les fondemens de la terre, et c'est lui qui par sa propre toute-puissance a posé sur eux le monde.

9. Il gardera, par la même puissance, les pieds de ses saints; et les impiés seront par son ordre réduits au silence dans leurs ténébres, parce que l'homme, avec toute sa force, ne sera que faiblesse devant lui.

10. Ainsi les ennemis du Seigneur tremblent lorsqu'il tonnera sur eux du haut des cieux et qu'il viendra les juger selon leurs œuvres; car le Seigneur jugera toute la terre, il fera régner celui qu'il a établi roi, et il recevra la gloire et la puissance de son Christ en l'élevant au-dessus de toutes les autres puissances.

11. Après cela Elcana s'en retourna à sa maison à Ramatha; et l'enfant servait en la présence du Seigneur devant le grand-prêtre Heli.

12. Or, les enfans d'Héli étaient des enfans de Bélial, des impiés et des méchants, qui ne connaissaient ni le Seigneur

13. Ni le devoir des prêtres à l'égard du peuple; car qui que ce soit qui est immolé une victime, le serviteur du prêtre venait pendant qu'on en faisait cuire la chair, et tenant à la main une fourchette à trois dents,